Hec omnia que senio impensius uiuendo obligauerat et sa-
turatus anxerum iecinoribus in patritiam turpibus stu-
pris bona mea consumat cum meum libido exarserit. Mihi
trama figure sit reliqua. At illi tremat omento po-
pa uenter. dum ego ad summam maciem tenuitatem animo
dum deducar, ut ille delitiis pinguescat. trama figure
tractum amlieribus telis que sine stamine inanes uidentur.
tremat omento dicit pinguedine. popa uenter. i. pin-
guius quam pope. ama gratia sunt panis quibus sacerdotes uel
eorum ministri pascebant, quibus assidue pasci pingues fi-
ebant. merito popa uenter pinguis significat. Vende ani-
ma lucro. uerba sunt poete ad illum qui ut multum heredi dere-
linquat ipse se in lucrorum desiderio atterit, aut certe
periculis te obicies lucri causa ut gladiatores faciunt, qui
studio lucrandi animas suas morti opponunt. mercare
atque excute solers: omne latus mundi mercis mutande
gratia ac petitione complicande uniuersos recessus mundi
perquire ne sit quisquam mercator te ditior. neu sit pre-
stantior alter Capadocas rigida pingues clausisse
cathasta gladiatores significat, apud antiquos uenales
gladiatores in cathasta tenebant, ideo ut omnia eius pos-
sent inspici uel quia acapa uel quia capadocis dice-
rent hanc studium naturale ad falsa testimonia proferenda
cum nutriti in tormentis a pueritia aquuleum sibi
facere dant ut in eo se inuicem torquerent, et cum in pena p